

## TROCHISCI.

## TROCHISCI AMYLI.

℞ Amyli ꝑ. unciam unam cum semisse,  
 Glycyrrhizæ ꝑ. drachmas sex,  
 Iridis ꝑ. unciam dimidiam,  
 Sacchari purificati ꝑ. libram unam cum semisse.

Hæc in pulverem tere, et ope tragacanthæ in  
 aqua solutæ fiant trochisci.

Fiant etiam, si cui lubet, sine iride.

## TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ.

℞ Extracti glycyrrhizæ,  
 Sacchari purificati, singulorum ꝑ. uncias decem,  
 Tragacanthæ in pulverem tritæ ꝑ. uncias tres.

Adjecta aqua fiant trochisci.

## T R O C H I S C I e N I T R O .

℞ Nitri purificati in pulverem triti ꝑ. uncias qua-  
tuor,  
Sacchari purificati in pulverem triti ꝑ. libram  
unam.  
Tragacanthæ in pulverem tritæ ꝑ. uncias sex.  
Adjecta aqua fiant trochisci.

## T R O C H I S C I e S U L P H U R E .

℞ Florum sulphuris lotorum ꝑ. uncias duas,  
Sacchari purificati ꝑ. uncias quatuor.  
Tere simul, et, mucilage feminis cydonii mali  
subinde adjecta, fiant trochisci.

## T R O C H I S C I e C R E T A .

℞ Cretæ præparatæ p. uncias quatuor,  
 Chelarum cancrorum præparatarum p. uncias  
 duas,  
 Corticis cinnamomi p. unciam dimidiam,  
 Sacchari purificati p. uncias tres.

His in pulverem tritis mucilaginem arabici gummi adde et fiant trochisci.

## T R O C H I S C I e M A G N E S I A .

℞ Magnesiæ ustæ p. uncias quatuor,  
 Sacchari purificati p. uncias duas,  
 Zingiberis in pulverem triti p. scrupulum unum.

Mucilagine arabici gummi addita fiant trochisci.